

www.e-rara.ch

**Refutatio apologiae Iacobi Herbrandi Lutherani de causis cur susceptum
de idololatria certamen deserere instituerit**

**Valencia, Gregorio de
Ingolstadii, anno 1581**

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rp 577,3

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26342>

I.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

REFVT. APOL. HERB. . I

I.



AVSAM unam, cur iste non amplius disputaturum se mecum scripsisset, eam esse ostendi, quod definitionem idololatriæ veram, et amplius quam triginta scriptura testimoniis à me probatam, ex qua monstraui criminationes sectariorum in Ecclesiam & improbas esse & falsas, refutare nullo modo potuerit. Respondet modo idipsum, quod cum antea quoque respondisset: his ego verbis (ad qua neque modo miser iste respondet) commemoraueram refutaueramq;: Ad hæc testimonia tu pro admiranda illa in sacris literis exercitatione, scilicet, quæ vales, respondisti tantum, non fuisse opus operosa coaceruatione testimoniorum ad confirmandum, id esse idololatriam, (creatura diuinum honorem sic tribuere, quomodo debet attribui soli Deo) hoc te contendere idololatriam alia etiam ratione committi posse.] Hic ego inter cætera; tam rudis, inquam, Herbrande es, ut non intelligas, iisdem argumentis ac testimoniis confirmari, definitionem alicuius rei esse rectam, & rationem definitæ rei non aliter neg; aliam esse posse, quam in definitione explicatur? Ex-

Fol 6. Spon-
gia. Fol. 4.

In confuta-
tione Spon-
gia. In de-
fensione 1.
cap. Apolo-
get.

pone igitur tu, quemadmodum alicuius rei definitionem ex Scripturis confirmari oporteat, & hoc ipsum exemplo aliquo & usu tuo declaratum Lector intelliget, quid in probatione definitionis meae defuerit, vel potius quid in tuo iudicio atque doctrina desideretur.] Ad hanc nimirum postulationem meam, bis iam iste turpissimè obmutuit; siquidem & in explicatione causarum ab eo item petiueram, ut hac ratione & modo doceret, non satis à me Scriptura testimoniis probatam esse definitionem illam meam. Nihil magis expedit quod obieceram, eam ipsam definitionem meam ab isto incautè tum fuisse laudatam, cum definitionem Gersonis, quae à mea verbis tantummodo non re differt, (ut euidenter ostendi) approbavit, inquiens; Quantò rectius Gerson Doctor clarissimus idololatriam definiuit esse, cum honor diuinus creaturae tribuitur aliter quàm sibi potest competere?] Nihil enim proficit, dum testimoniis non necessariis laborat ostendere, comparatiuum, ut inquit, non semper supponere positium, atque adeò non idcirco se definitionem Gersonis rectam esse censuisse, quoniam rectius ipsum quàm me idololatriam defini-

In confutatione Spongiae ca. 2.

Fol 5. & sequent.

finiuisse scripserit. Ego enim, non quia utcunque iste dixerit, Gersonem definiuisse rectius, definitionem Gersonis ab eo probatam esse persuasi mihi, sed quia cum studio, cum emphasi, cum insigni epitheto, quò Doctoris eruditione & præstantiam declararet, id dixerit: & quidem adiuncta vi quadam per interrogationem illam minimè, ut ex ipsa dictione apparet, dubiam: quantò rectius Gerson Doctor clarissimus idololatriam definiuit his verbis? &c.] Hoc modo certè neq; sibi neque aliis unquam Herbrandus persuadere poterit, voluisse se tantum dicere, definitionem Gersonis non quidem bonam, sed minus malam esse. Quare neque est Fol. 9. & 10.
ullo modo credibile, quod item suadere nobis iste conatur, se tunc Gersonem appellauisse clarissimum Doctorem, non quia rectè etiam descripserit idololatriam, sed quoniam alia, quæ ad hanc controuersiam non pertinent, cum arbitretur scripsisse rectè.

Sed ludit Herbrandus hoc loco. Et: Fol. 6.
Quantò rectius, inquit, mihi licet dicere & inuersione uti, Gregorius de Valentia dicit, idololatriam dici ea, quæ à se in definitione idololatriæ tradita non comprehensa sunt, à me verò ad-

Cap. 1.

1. Petri 5.
Apocal. 5.

data, posse metaphoricè. Probat ergò ipse meam definitionem.] Imò: Ergò improbat, Debuisses, bone vir, hic concludere. Vt enim in Apologet: quod fortassis iam oblitus es, perspicuè tibi ostendi, vitium est in definiendo maximum, definitione eas etiam res comprehendere, quibus rei definite nomē metaphoricè accommodatur: Alioqui si ad definitionem bonam id pertinere putas, cogeris (vt aliàs tibi obieci) in definitione Leonis, quam exempli causa abs te petemus, Christum & Belial coniungere; nam vterque in Scripturis, sicut minimè ignoras, Leo metaphoricòs dicitur. Hæc Herbrande, se aut non credis aut non intelligis, habes, qui te libenter Dialecticam docturi sint, Patronos tuos artium & Philosophiæ Professores Scholæ vestræ Tubingensis, quibus scriptum hoc tuum postremū honoris ergò & necessitatis tuæ fortassis causa dedicasti.

II.

Cap. 2. confuta. Spong. & Apolog.

ALTERAM causam simulati consilij istius, videlicet non amplius de idololatria disputandi, esse affirmavi, quia neque definitionem suam defendere potuit, quam ego explicatis